Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

12.m de lapide lazuli nõ

Ille cui datus fuerit in potu lapis lazuli nõ lotus patiet subuersionẽ stomachi et tristitiã et solitudinẽ, et eius cura ẽ bibere lac retens aline, multũ omẽ mane usq ad diẽs · vij · et comedere auiculas assatas. Et eius bezoar est carabe tritũ · ℥ · ij · et datũ in potu cũ vino.

Cap 13.m d' arsenico sublimato

13.m de arsenico sublimato

Ille cui datũ fuerit arsenicũ sublimatũ patietur excoriationẽ intestinorũ et stomachi et arsurã z dolores mordificatiuos et sitim, et liguã habebit exiccatam et expuere nõ poterit z demũ syncopim patietur, et eius cura est, ut bibat butiricũ cũ aqua calida in qua seca rape sint cocta et euomat, et clisteriset et deinde cũ oleo de amigdalis dulcibus omẽ die bis, et cibet iure galline pinguissime, et eius bezoar est cristallus trita subtilit et data in potu ʒ · j · cũ oleo de amigdalis dulcibus, et si nõ fuerit sublimatũ erũt accidentia remissiora z cura eadẽ

Cap 14.m De litargiro

14. de litargizo

Ille cui litargiriũ datũ fuerit in potu nõ poterit egerere et p vomitũ emittet et q̃ insueuerat p secessũ, et eius cura est cura colire p clistere rectum, factũ ex aqua mellis et adipe galline uel anatis et dare in potu oleũ amigdalarũ dulciũ et comede ficus siccas ante cibũ et inunge stomachũ cũ succo apij et ventrẽ cũ butiro et eius bezoar, ẽ semẽ kerue tritũ et datũ in

potu ʒ · ij ·